

*Qui credit in Filium habet vitam æternam,
et resuscitabo ego eum in novissimo die.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 6, 37-40

In illo témpore: Dixit Iesus turbis:

- ³⁷ «**O**mne, quod dat mihi Pater, ad me véniet;
et eum, qui venit ad me, non eíciam foras,
³⁸ quia descéndi de cælo,
non ut fáciam voluntátem meam
sed voluntátem eius, qui misit me.
³⁹ Hæc est autem volúntas eius, qui misit me,
ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo,
sed resúscitem illud in novíssimo die.
⁴⁰ Hæc est enim volúntas Patris mei,
ut omnis, qui videt Fílium et credit in eum,
hábeat vitam ætérrnam;
et resuscitábo ego eum in novíssimo die».

Verbum Dómini.